



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LEGVM PON||IFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

xxvii. De officio vicarii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](#)

*De officio custodis. Tit. 26.*

**T**REIS ecclesiæ columnæ Archidiaconus, 2. *Custos.*  
Archipresbyter, & custos sunt. hi simul  
iuncti vno animo prouidè & perfectè sine inui-  
dential zeloue cuncta peragunto,

Quæ competunt ecclesiæ, custodi commit- 1. *Custos.*  
tuntor.

Ipse in cunctis Archidiaconi sui iussioni au-  
ditio, pareto. In canonicis horis & per eas sin-  
gulas tintinabulorum signa Archidiacono iu-  
bente pulsato. Pallia vel lintheamina altaris  
seu cuncta utensilia ecclesiæ indesinenter cu-  
stodito.

Panem & vinum omni tempore ad sacram 2. *Custos.*  
faciendum parata habeto. Oblationes omneis,  
eleemosynas, decumas cum consensu Archidia-  
coni absente episcopo inter fratres diuidito.

Lampadum, & laternarum, siue eas accende- 1. *Custos.*  
dere siue extingue oportebit, discretionē ha-  
beto. Si ad id minùs idoneus erit: ab Archidia-  
cono, vt se emendet, conrigitor. si indomitus  
permanebit: Archidiaconus episcopo renuncia-  
to. vt eo electo minister domui dei aptus con-  
stituatur, prouideto.

*De officio vicary. Tit. 27.*

**D**Eincept eorum qui vicariam pastoribus ec-  
clesiasticis in ecclesia præstant operam of-  
ficium tractator.

Eius, qui a R o. pontifice vicarius in vrbe reli- 5. *Sua no-*  
ctus erit, iurisdictio, nisi specialiter olli conces- *bis.*  
sum erit, extra vrbein ne extenditor.

D ivii

## De offi. & potestate iud. deleg.

3. Ad *hac.* Qui in aliqua ecclesia vicarius erit per ipsius personam de consensu & authoritate episcopi dicēsanī institutus adsignata ei portione, et si defūcta persona fuerit, per eum qui ei substituetur (nisi quid committet propter quod in vicaria vel beneficio cōdemnandus siet) ne amouetor. adsignata ipsi pensio ne minuitor.
2. *Proui-* Ipse verò & personis & ecclesiis deseruit. *deas.* vnam vicariam duntaxat, nemo plureis habeto.
1. *Ad au-* Multò fortius qui curam animarum, in una diuersisve ecclesiis personatum indeptus, habebit, vicarius in alienis esse ne quærito.
6. *Ex par-* Præterea in quibus ecclesiis vicarias obtinent vicarij perpetui, residere, & se in Presbyteros, ut earum cura exigit, promoueri facere, per subtractionem prouentuum, vel ipsarum vicarij coguntor.
4. *Cleri-* Item quarum ecclesiarum vicarias clerici in *cos.* Presbyteratu vel aliis inferioribus ordinibus constituti adsequuti erunt, in his alios sibi substituere ne permittuntur.

## De officio & potestate iudicis delegati. Tit. 28.

II. Sane. *ij.* Q uia summo Pont. delegati erunt, vi-ces eius gerere accipiuntor. maiores illis, quorum causam suscepint terminandam, habentor. In hac si episcopus aliáve persona rebellis ipsis, si contumax erit: pro facti qualitate interdicti suspensionisve sentētia compellun-tor. terram quoque propriæ iurisdictionis in-